

IMPRIMERIE DE L'UNIVERSITÉ

CORRESPONDANCE
DE
J.F. BOISSONADE

II
—
F-M

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1552

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
M S.

1552



MS
Fiches faites

Correspondants
de
J. F. Boissier

Ms 452.

II

F. M

Viro Illustissimo,
Eruditissimo, Clarissimo,
Jo. Frid. Voiffonade



S. P. D.

Carolus Fridericus Hermann.

Commentarium nostrum ad Luciani de
historia scribenda libellum, laboriosum
opus, tandem aliquando absolutum in-
luens, vix ullam maiorem inde per-
cipere posse voluptatem mihi vide-
or, quam quod hac occasione oblata
Te mihi appellare Tibique admira-
tionem eam per literas exprimere
contigit, qua ex quo harum litera-
rum penetrantia adire coepi, suscipere
Te, Vir Praestantissime, conuevi. Te op-
timum Graecarum literarum per Franco-
galliam fratorem et vindicem nuper-
rimo nostratum aliquis egregie
nominavit, Te accuratissimum horum
studiorum estimatorem tot tamque
egregia doctrinae atque ingenii monu-
menta clamant; ogaque vix quen-

quam novi, non dico in Gallia sed per
omnem eruditorum orbem, cui po-
tius quam Tibi, iudicium de his vo-
stris qualibuscunque conatibus com-
mittere debeam. Quamquam haud sum
ignarus, tantis vitiis defectibusque
fecerere tamque hoc opus negligenter
atque festinanter conscriptum
esse, ut exactissimum Tuum iudici-
um metuendum mihi potius
quam expectandum sit; neque habeo
quo alio pacto indulgentiam Tuam
mihi conciliem, nisi ut candide
propidear, quod Te metius quam me-
met ipsum animadvertendum esse in-
telligo. Indulgentiam tamen in au-
ctore tantum iudicando exhibeas;
opusculum ipsum severissime
scilicet recenscas deque eo — tantum
si cupere fas est — aliquando ad me
perferbas; neque enim adeo adolevis
hic noster foetus, ut de emendando
eo mihi desperandum sit. Specimen
nostrum Plutarchicum, pue-
rile opus intra paucos dies natum
nec nisi paucis diebus destinatum,
ideo tantum adieci, quia eorum
hinc inde remittere ad illud con-
suevi sum, ne commentarius noster

etiam majorem in molem accresceret, quam
factum jam esse summa cum confu-
sione intellexi. Quod nisi esset,
tam immaturum factum oculis Tuis
acerrimis nunquam subjecissem.

Fals. Heidelbergae a.d. V Kal. Apr. 1828.